



COM MEMORATIO HUIUS OPERIS IN LIBRO  
RETRACTATIONUM ITA SE HABET LXXXI  
QUESTIONUM LIBER VII

**E**odem tempore scripsi etiam libros questionum de libris eisdem  
diuinis septem quos ideo appellare sic uolui quia ea que ibi  
disputantur magis querenda proposui quam quesita dissolui.  
quamuis multo plura in eis mihi uideantur ita pertractata ut  
possint etiam soluta & exposita non in merito iudicari. Regiorum  
quoque libros eodem modo iam considerare coeperamus sed non  
multo progressi in alia que magis urgebant animum intendimus.  
In primo autem libro ubi agitur de uirgine uariis quas ponebat iacob  
in aqua ut in conceptu posite oues eas uiderent cum biberent & uarios  
fetos ponerent. non bene a nobis & posita est causa. cur iterum concipi  
entibus non ponebat id est cum alios fetos conciperent sed in priore  
conceptu nam questionis alterius & positio ubi queritur quid dixe  
rit socero suo iacob & decepisti mercedem meam decem agnabus satis  
ueraciter enodata demonstrat istam sicut solui debuit non soluta.  
Inter tunc quoque libro ubi de summo agitur sacerdote quomodo cre  
abat filios cum haberet necessitatem bis diei ingredi in sanctorum ubi  
erat altare incensi ad offerendum incensum mane & uespere quoniam  
possit sicut lex dicit immundus intrare. & eadem lex dicat immun  
dum fieri hominem etiam & concubitu conjugali quem tub & qui  
dem lauaria aqua sed & lotum dicit immundum esse usque ad ues  
peram. Unde dixi consequens fuisse ut aut continens esset aut  
diebus aliquibus intermitteretur incensum. non uidi non fuisse  
consequens. potest enim sic intellegi quod scriptum est immundus  
erit usque ad uesperam ut post ipsam uesperam iam non esset in  
mundus sed usque ad ipsam ut uespertino iam tempore incensum.